

The voyage of Ingulphus Abbat of Croiland vnto Ierusalem, performed (according to Florentius Wigorniensis) in the yeere of our Lord, 1064, and described by the said Ingulphus himselfe about the conclusion of his briēfe Historie.

EGO Ingulphus humilis minister Sancti Guthlaci Monasterijq; sui Croilandensis, natus in Anglia, et a parentibus A.D. 1064. Anglicis, quippe urbis pulcherrimae Londoniarum, pro literis addiscendis in tenēiore aetate constitutus, primum Westmonasterio, postmodum Oxoniensi studio traditus eram. Cumque in Aristotele arripiendo supra multo coetaneos meos profecissem, etiam Rhetorican Tullij primam et secundam talo tenuis induebam. Factus ergo adolescentior, fastidiens parentum meorum exiguitatem, paternos lares relinquere, et palatia regum aut principum affectans, mollibus vestiri, pomposisque lacinijs amiciri indies ardentijs appetebam. Et ecce, inclutus nunc rex A.D. 1051. noster Anglie, tunc adhunc comes Normanniae Wilhelmus ad colloquium tunc regis Anglie Edwardi cognati sui, cum grandi ministrantium comitatu Londonias aduentabat. Quibus citius insertus, ingerens me ubique ad omnia emergentia negotia peragenda, cum prosperè plurima perfecissem, in breui agnitus illustrissimo comiti et astrictissimè adamatus, cum ipso Normanniam enauigabam. Factus ibidem scriba eius, pro libito totam comitis curiam, ad nonnullorum inuidiam regebam; quosque volui humiliabam, et quos volui exaltabam. Cumque iuuenili calore impulsus in tam celso statu supra meos natales consistere tñderem, quin semper ad altiora condescendere, instabili animo, ac nimium prurienti affectu, ad erubescientiam ambitiosus audissimè desiderarem: nuntiatur per vniuersam Normanniam plurimos archiepiscopos imperij cum nonnullis alijs terræ principibus velle pro merito animarum suarum more According to peregrinorum cum debita deuotione Hierosolymam Florentius Wigorniensis proficiisci. De familia ergo comitis domini nostri plurimi tam milites quam clerici, quorum primus et præcipuus ego eram, cum licentia, et domini nostri comitis benevolentia, in dictum iter nos omnēs accinximus: et Alemanniam petentes, equites triginta numero et amplius domino Maguntino coniuncti sumus. Parati namque omnes ad viam, et cum dominis episcopis connumerati septem milia, pertranseuntes prosperè multa terrarum spatia, tandem Constantinopolim peruenimus. Vbi Alexium Imperatorem eius adorantes Agiosopiam vidimus, et infinita